



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

Qvare Ecclesia Svbiecta est cruci?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

DE CAVSSIS CALAMITA-  
TVM, ET DE LOCIS CON-  
folationum.

QVARE ECCLESIA SVE-  
iecta est cruci?

CVM nulla visibilis natura sit præstantior quam humana, sa-  
pientes omnes quærunt, vnde sit illa magna moles errorum, uitio-  
rum, & calamitatum in tam præstanti natura. Quoties omnes sapien-  
tes errant in consilijs? Quam facile ruunt in sceleris? Deinde unde  
sunt mors, morbi & horrendæ confusiones in vita, bella, & aspiduæ  
valtationes gentium? Et quare iusta ab iniustis opprimuntur?

PHILOSOPHIA dicit, multa casu accidere. Quædam fate-  
tur habere caussas fatales. Deinde mortis & morborum caussas dicit  
esse materiam. Caussas autem scelerum dicit esse voluntatem huma-  
nam. Sed si quæras, vnde in materia hominum, & in voluntati-  
bus hominum tanta sit infirmitas, fontem horum malorum non mon-  
strat. Sed principales & veras caussas Deus in Ecclesia patefecit, &  
doctrinarum collatio ostendit, Ecclesia doctrinam perfectiorem esse,  
quæ & primas caussas calamitatum, & firmas consolationes mon-  
strat, ignoras Philosophia. Et efficacia in consolationibus ostendit,  
Ecclesia doctrinam à Deo traditam esse, quia liberationes sunt testi-  
monia præsentiæ Dei.

QVAE EST CAVSSA VITIORVM,  
erratorum, mortis, & aliarum miseriarum  
in toto genere humano?

PRIMA & vniuersalis caussa est peccatum hærens in natura,  
iuxta dictum: Per peccatum mors. Et accedunt deinde in tali vitiosa  
natura errores, & in voluntate scelera sponte electa, quæ attrahunt  
singulare poena.

A L T E R A caussa est Diabolus, qui impel-  
lit homines odio Dei ad horribilia sceleris, & auget calamitates va-  
rijs modis, iuxta dicta: Ponam inimicities inter semen mulieris &  
serpentem. Item: Satanus intravit in eum. Ut Cain occidit fratrem  
impulsus à Diabolo. Sed hic rursus queritur: Quare Eccle-  
sia subiecta est in gentibus miserijs, cum sit iusta? Et obijicitur hoc ar-  
gumentum:

Iustis debet bene esse, iuxta dictum: Qui fecerit ea, viuet in eis,  
Ecclesia est iusta,  
Ergo Ecclesia deberet esse sine calamitatibus.

R E S P O N D O primum ad minorem. Ecclesia est iusta, scilicet  
imputatione & incoatione, sed hæret adhuc in ea peccatum.  
Cc 3 Vult